



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

Sancti Ex Oriente Magi. Promptitudo ad Dei vocationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



SANCTI EX ORIENTE MAGI.

Promptitudo ad Dei vocationem.

Deus qui Unigenitum tuum Magis, in Oriente positus, novæ stellæ exortu revelasti; concede propitius, ut qui te jam ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur.

Ora pro tardis ad Dei vocationem.



Mosam
que im
onver
ra cili
omam
pa IV
ssus in
cobur
gore &
piscop
pecu
s habe
ndatus
s, post
Viati
ii, cu
visita
vinum
biben
rorum
s, no
x mira
evi au

, n

Hi sancti MAGI (qui numero TRES, conditione REGES fuisse putantur) cum essent in Oriente positi, novam stellam, ipso verosimiliter die quo Verbum Caro factum est exortam, diutius contempla- ti; tandem divinitus didicerunt, signum esse nati in Judæa Regis, quem adorare jubebantur. Itaque Hierosolymam profecti, ex Herode intellexerunt, puerum Bethleemi requirendum: eoque à stella iterum appa- rente deducti, & ingressi signatam ab ea do- mum, in qua jam anniculus Jesus cum Ma- tre erat, procidentes adoraverunt eum; at- que apertis, quos attulerant, thesauris, ob- tulerunt aurum, thus, & myrrham; Regem, Deum, Hominemque professi. Deinde per aliam viam regressi in regionem suam, quid ibi egerint, quamdiu vixerint, quomodo obierint ignoratur; nec scitur à quo vel quando corpora sint allata Mediolanū, quæ inde sub annum 1162 translata Coloniam, magno ibi cum honore servantur; nomina autem, nullo certo auctore tradita, usur- pantur, GASPARI, MELCHIOR & BAL- THASAR.

Stelle vocatae sunt, & dixerunt, Adsumus, & luxerunt ei cum jucunditate qui fecit illas. Baruch 3.